



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Leonardo Presbytero de sancto Elia & fratribus ejus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

pluribus possint sufficere competenter.  
Nulli ergo &c. usque incursum. Datum  
Laterani i v. Kal. Octob. pontificatus no-  
stri anno decimoquinto.

SIDONIENSI ET ACCONENSI  
*Episcopis, & Thesaurario Acconensi.*

Epist. 164.  
De eadem re.

**A**d petitionem dilecti filij I. Thesau-  
rarij & W. Canonici Tripolitanorum,  
quos venerabilis frater noster Episcopus &  
dilecti filii Capitulum Tripolitanum ad se-  
dem apostolicam transmiserunt, fraterni-  
tati velut per apostolica scripta manda-  
mus quatinus si quid contra statutum de-  
servando numero in Tripolitana Ecclesia  
duodecim Canonicorum & totidem prae-  
bendarum utiliter & providè factum ab E-  
piscopo & Capitulo memoratis post appella-  
tionem ad nos à nuntiis prædictis legitime  
interpositam & à Capitulo in communi-  
ni receptam antequam iter arriperent ad  
sedem apostolicam veniendi fuit temere  
attentatum, cognita legitimè veritate, de-  
cernatis auctoritate nostra carere robore  
firmatis. Quod si non omnes &c. Datum  
Laterani i v. Kal. Octob. pontificatus no-  
stri anno decimoquinto.

LEONARDO PRESBYTERO  
*de sancto Elia & fratribus ejus.*

Epist. 165.  
Confirmat i m-  
nimitatem.

**C**um à nobis petitur &c. usque perdu-  
catur effectum. Eapropter, dilecti in  
Domino filij &c. usque assensu, libertatem  
& immunitatem quas domus vestra obti-  
nuit ab antiquo, & dilectus filius A. Ca-  
frensis electus de consensu fratrum suorum  
vobis provide confirmavit, sicut in ipsius  
confirmationis authenticō plenius conti-  
netur, auctoritate apostolica confirmamus  
& praesentis scripti patrocinio cōmūnimus.  
Nulli ergo &c. confirmationis &c. usque in-  
cursum. Datum Laterani i i. Non-  
Octob. pontificatus nostri anno quintode-  
cimo.

ARCHIEPISCOPO  
*& Capitulo Bisuntinensis.*

Epist. 166.  
Responde ad  
coram consula-  
ta.  
Cap. Ligois,  
De conser. Ec-  
clis.

**L**igneis ædificiis Ecclesiæ vestre casu  
quodam igne consumptis, parietibus  
tamen illæsis, ac mensa principalis altaris  
in sui extremitate modicam passa fractu-  
ram, quasi vestris per sedem apostolicam  
edoceri si propter hoc ipsius altaris vel  
etiam totius Ecclesiæ deberet consecratio  
innovari. Ad quod sic duximus responden-  
dum, quod cum paries in sua integritate  
permanserint, & altaris tabula mota vel  
enormiter lata non fuerit, ob casum præ-

Tom. II.

dictum nec Ecclesia nec altare debet de-  
nuo consecrari. Datum Laterani Non.  
Octob. pontificatus nostri anno quintode-  
cimo.

NOBILI VIRO SIMONI  
*de Monteforti Comiti Leicestrie &  
Vicecomiti Bitterenſi.*

**C**um dilectum filium magistrum Pe-  
trum Marcum Subdiaconum nos-  
trum correctorem litterarum nostrarum  
pro colligendis Ecclesiæ Romanae censibus  
aliisque negotiis destinemus, nobilitatem  
tuam, de qua plene confidimus, rogamus  
attentius & monemus, per apostolica tibi  
scripta mandantes quatenus ipsi ob reve-  
rentiam apostolicae fides & nostram dili-  
genter assistens, consilium ei efficax &  
auxilium opportunum impendas ut & ipse in-  
juncta sibi negotia ope tua suffultus valeat  
auctore Deo feliciter consummare, ac nos  
sollicitudini tuae grata debeamus exinde vi-  
cissitudine respondere. Verum quia dilec-  
tus filius frater Constantinus conversus  
Carthagensis nos ex parte tua suppliciter  
exoravit ut dictum magistrum, quem pro  
eo quod in cancellaria nostra laudabiliter  
conversatus, per diutinum exercitum in  
hujusmodi plenius est instruitus, cancella-  
ria tua præficere cupiebas, tibi conce-  
dere dignaremur, nos devotæ fidei tuæ ac  
devotionis fidelis sinceritatem perpicuum  
sicut convenit attendentes, quæ perso-  
nam tuam tamquam specialis apostolicæ  
sedis filij & fidelis nobis advehit specialiter  
diligendam, & preces tuas persuadet quan-  
tum cum Deo possumus efficaciter exaudi-  
re, ipsum magistrum, quamquam non so-  
lum plurimum utilis, verum etiam valde  
necessarius nobis extiterit & existat, ut  
pote cuius fidei puritatem & discretionis  
prudentiam jamdiu in multis experti, ne-  
gotia nostra parva & magna eidem com-  
mittimus incunctanter, devotioni tuae du-  
ximus liberaliter concedendum, discretio-  
nem tuam rogantes affectuosius & monen-  
tes quatenus ipsum, quem propriæ probi-  
tatis merita recommendant, habens pro-  
pensiū commendatum, taliter cum stu-  
deas honorare quod & nos, qui honorari  
reputamus in ipso, ad honorem & profec-  
tum tuum magis intendere debeamus, &  
idem, cuius obsequium tibi ac terræ toæ  
quamplurimum credimus profuturum, ad  
devotionem tuam fortius astringatur. Da-  
tum Signi i i. Idus Septemb. pontificatus  
nostrii anno quintodecimo.

Epist. 167.  
Vt P. Marcum  
cancelaria  
fuit præficere  
poslit.  
Vide hif. Al-  
big. cap. 66.

R R rr